



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 38. Rex tentata Senonensis Urbis obsidione recedere coactus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Verum in Francia, & Parisiis vix non Sæcul. XVI.  
A.C. 1590.  
desperata foederatorum conditio manifestius apparebat: quocirca Legatus, cum res omnium oculis pervia occultari haud posset, quædam concordiae pacta proposuit, moxque Villaregius cum Plessio Mornæo prope Meduntam in Suindrinensi arce desuper conferebat, ac ipsemet Legatus paulopost aliud colloquium instituit Nosiaci, quæ arx Rentensi Marefcallo Gondii Cardinalis, qui unacum Marefcallo aderat, fratri parebat: verum hæc consultatio successu suo frustrabatur, Rege continuato victoriarum cursu plures regiones emetiente: die autem tertia Aprilis castris Melodunum promotis hanc urbem occupavit, eodemque tempore Moretum, & Crassiarum suis armis subjecit: inde vero Monasteriolum, Pontem ad Sequanam & Merium contendit.

## §. XXXVIII.

*Rex tentata Senonensis Urbis obsidione recedere coactus.*

Postea Rex Senonensem urbem, cui Thuan. l. 98.  
Jacobus Harlæus Chanvallonius Gubernator præerat, ad deditionem provocare aggreditur: cum autem cives urbem suam quovis periculo defendere parati essent, Rex vim adhibere

Sæcul XVI.  
A.C. 1590.

haud consultum ratus, Parisios versus iter prosequeretur: ut autem Chanvalonius Regis copias distineret, hocque pacto Parisiensibus ad Urbis suæ propugnationem amplum temporis spatium concederet, Aumontio Marescallo, Senonenses cives nullo ferme negotio subigi posse, significabat, quinimo Gubernator jamjam deditiois articulos proponebat. Ergo Aumontius Marescallus eo revertitur, ipseque Rex unacum exercitu suo huic urbi appropinquat: cum vero se turpiter delusum cerneret, nonnisi unico tentato assultu sese recepit, Parisinam Urbem cincturus.

## §. XXXIX.

*Frustraneus Legati conatus pro concilianda pace.*

*David. l. II.*  
*Tuan. l. 98.* Legatus cum omnes hujus Urbis aditus regio milite obsessos, cunctasque vias ad annonam Urbi inferendam opportunas a Rege interclusas cerneret, de induciis cogitare cæperat, ut interea foederati annonam advehere possent: hanc in rem ad Bironium Marescallum, qui Provini ad expeditionem a Rege decretam necessaria parabat, datis literis hæc eidem significabat: „ximi momenti res habeo, quas tibi „communicare debeo, proin te rogo, „ut Marco Antonio Mocenico Cenetenfi Episco-